UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Thimotheo Lectori. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Inter opinari & eſſe, multum intereſt.

modum didiceris, quòd opinari aliquid eſſe, non eſt aliquid eſſe: cura potiùs vt facias, ac non tantùm dicas.

Timotheo Lectori. 4.

Ex iis certaminibus, quæ abs te obeuntur, vir eximie, hoc perſuaſum habe, res præſentes velut ſtadium quoddam, quod in aſpectũ minimè cadat, proponi: in quo nobis non cum ſenſilibus feris, ſed cum perturbationibus, quæ animo & ratione intelliguntur, certamen eſt. Quæ quidem ſi robur illud, quo prędìti ſumus, ſuperent: non corpori duntaxat periculum creant, verùm animæ ipſi mortem accerſunt: ſin autem ſuperentur, atque in fugam ſe conuertant, ingentes coronas ac prædicationes conſequemur. Et quidem hîc quoque perſæpè: pòſt autem, omninò. Quandoquidem futuro æuo præmia concredita ſunt, quemadmodum huic ſtadia & arenę.

Futuri æui ſunt præmia, huius ſtadia.

Nilo. 5.

Si diuina oracula ſynceram & perfectam viuendi rationem ſignificant, ſuperuacanea eſt curioſior inquiſitio, iis, qui prudenter in eorum lectione verſantur. Quocirca ſi cibos & veſtitum monaſticæ vitæ, iuxta Deum perfectæ, omnibúſque numeris abſolutæ, in Ioanne Baptiſta didicimus: pilis, ſi fieri poteſt, ad obtegendum corpus contenti erimus, herbarum autem ac foliorũ ſummitatibus ad exiguã minimé que redundantem alimoniam, ac vires. Sin autem hæc imbecillitatem noſtram excedunt, tùm neceſſitatis omnis, tùm rationis viuendi, ac perfectionis adipiſcendæ forma nobis ac regula ſit, quod Antiſtes cenſuerit atque imperârit.

Matth. 3. Marc. 4.

Vrſenuphio. 6.

Calix in manu Domini, vini meri plenus mixto. Hoc diuino oraculo iuſta remuneratio deſignatur, quæ humanitate quidem ac miſericordia temperatur, ad ciendam iis pœnitentiam, qui peccatis delectantur (Inclinabit enim ex hoc in hoc, hoc eſt, ex benignitate, in illud ſuppliciũ quod ſceleribus debetur.) At ne nos negligentiæ atque inertiæ dediti, eum iuſtitię

Pſal. 74.

μαθὼν, ὅτι οὐ τὸ οἴεσθαι εἶναι, εἶναί τι ἐστί· πρᾶττε μᾶλλον, καὶ μὴ μόνον λέγε.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. δ.

Περὶ ὧν μετέρχῃ ἄθλων, θαυμάσιε, πέπεισο, στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτίθεσθαι ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις οὐκ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν· ἅπερ εἰ τῆς ἐν ἡμῖν ῥώμης κρατήσουσιν, οὐ μέχρι τοῦ σώματος οἴσουσι τὸν κίνδυνον, ἀλλ᾽ αὐτῇ τῇ ψυχῇ τὸν θάνατον φέρουσιν. εἰ δὲ κρατηθῶσι καὶ δραπετεύσουσι, στεφάνων καὶ ἀναρρήσεων μεγάλων τευξόμεθα. καὶ ἐνταῦθα μὲν πολλάκις, μετὰ ταῦτα δὲ πάντως· ἐπειδὴ τὰ ἔπαθλα ὁ μέλλων αἰὼν ἐμπεπίστευται, ὡς οὗτος τὰ σκάμματα.

ἐξ. προκεῖσθαι. ἰσῶσι.

Νείλῳ. ε.

Εἰ οἱ θεῖοι χρησμοὶ σημαίνουσι τὴν ἀκρίβειαν, περιττὴ ἡ περίεργος ζήτησις τοῖς νουνεχῶς τούτους ἀναγινώσκουσιν. εἰ τοίνυν καὶ βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θριξὶ μὲν, εἰ οἷόν τε πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα. ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν καὶ δύναμιν, καὶ ἀπέριττον. εἰ δὲ ταῦτα δι᾽ ἀσθένειαν μείζονα, τύπος ἡμῖν ἔστω, καὶ χρείας ἁπάσης καὶ διαίτης, καὶ τελειώσεως, ἡ τοῦ προεστῶτος δοκιμασία καὶ κέλευσις.

Οὐρσενουφίῳ. ς.

Τὸ ποτήριον ἐν χειρὶ κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος, τὴν δικαίαν σημαίνει ὁ θεῖος χρησμὸς ἀνταπόδοσιν, κιρνωμένην μὲν φιλανθρωπίᾳ πρὸς μεταμέλειαν τῶν χαιρόντων τοῖς ἁμαρτήμασιν. ἔκλινε γὰρ ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, ἐκ τῆς φιλανθρωπίας δηλονότι, εἰς τὴν χρεωστουμένην τοῖς πταίσμασι τιμωρείαν, καὶ δικαίαν κρίσιν. ἀλλ᾽

ἵνα